tem Haris, et Tiberis, quia inter utrunq;
flumen terra uelut in cuneũ pori-
gitur, editis in montis conspicitur,
quem ferales circa colles, uitibus
atq; oleis consitis; et frumenti quoq;
feraces, ambiunt, nec propinquor am-
nium salitus, salubri officere calori cre-
ditur. Tam Vrbis uetustatem esse ferunt,
ut ipsa antiquior Roma origo eius la-
beatur, et quando, et à quibus condita
sit, obruta tam profundo ævo rei me-
moria, haud satis constet. Precipuum
tum uetustatis, tum dignitatis monu-
mentũ ipsa sunt. Mœnia, immanib;
extructa saxis; opus non solum non
presentis tenuitatis, sed uel opulen-
tissimo populo magnificũ, et sumptuosũ.
Ecclesia quoq; antiquissima primordia me-
morantur, ut quamquam qui primus ei
Epus preffuerit ob uetustatem ignoretur,
tamen quantũ existimari coniectura
potest, ab ipsis instituta Apostolis autu-
mant. Siquidem Hymerius Amerinus
Epus quem miraculis affirmata seli-

gio, et sanctitas in celestium numerũ
retulit, ad episcopatũ sacris illis
exurgentis Ecclie temporibus ascitus
est, cum Episcopi non tam Dominũ sen-
tentijs, suffragijsq; creabantur, quam
pijs populorũ precibus imprecabantur
à Deo, arcessiebantur, qui manifesto
eius numini monstratus esset, quod de Hy-
merio memoria proditum est. Cum enim
Amerinus Populus, Clerusq; in locum
amissi Epi. nouum à Deo Pastorem su-
pplicibus precib; exposcerent, celesti ad-
monitu Hymerium procul inde in maris
insula inter Anacsoritas agentem pe-
tere; Episcopumq; sibi asciscere iussi
sunt. Atqui ille quidem ita diuino
se iudicio respondit ut anios maxi-
me Amerinam Ecclesiam sanctitatis
sue gloria illustrarit; non solum dum
eam uiuus rexit, sed etiam postquam
perfunctus in celum abijt. In quam
enim præsens tot caritatis atq; pietatis
exemplo ediderat, eam etiam e celo
maximis ac frequentibus miraculis

cla-